

Heinrich Nettelblatt

**Svccincta. Notitia Scriptorvm De Rebvs Meclebvrgicis Tvm. Editorvm. Tvm.
Anecdotorvm Conqvisita. Et. Ordine. Disposita**

[Erscheinungsort nicht ermittelbar]: [Verlag nicht ermittelbar], [1744?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn890456755>

Druck Freier  Zugang



SVCCINCTA. NOTITIA
SCRIPTORVM
DE
REBVS
MECLEBVRGICIS

TVM. EDITORVM. TVM. ANECDOTORVM
CONQVISITA. ET. ORDINE. DISPOSITA

CVRA

D. HENRICI. NETTELBLADTI

* *

* *

* *



LECTOR BENEVOLE.

Notitiam Scriptorum rerum in patria gestarum, historiae & Ducatus Meceleburgici, et vniuersi Imperii R. G. quam maxime inferuire, neminem facile in dubium vocaturum esse confido, idque in praefatione schediasmati, cuius iam mentionem faciam, praemittenda pluribus exponam. His commotus, praefens opusculum cuius integram inscriptionem verfa pagina sistit, conscribere publicique iuris facere mecum constitui. Quo vero impensarum ex propriis faciendarum onere, non nihil subleuer; hac interprete eruditos, quibus cognitionem historiae meceleburgicae promoueri volupe est, ad subscribendum quam humanissime inuitare, iisque quid ego praestiturus sum, quidque mihi vicissim praestari cupiam, indicare volui.

Scripta in ipso opere recensenda iusto materiarum ordine, quem sequens opusculi syllabus indicat, disposui.

CLASSIS I.

De Scriptoribus historiae literariae meceleb.

- Seç.* I. Scriptores qui notitiam historicorum meceleb. faciunt.
 II. Ephemerides et collectiones historiae meceleb. inseruientes.
 III. Vitae virorum eruditorum.
 IV. Academiae rostochiensis origines et fata.
 V. Scripta quae historiam scholarum meceleb. illustrant.

CLASSIS II.

De Scriptoribus historiae ecclesiasticae meceleb.

- Seç.* I. Scriptores de gentilismo veterum Meceleb. incolarum, horumque ad christianismum conuersione sistens.
 II. Scriptores de papatu et episcopis, variisque superstitionibus meceleburgenfium indicans.
 III. Scripta de reformatione meceleb., variaque alia ad illustrationem historiae ecclesiasticae pertinentia recensens.

CLAS-

CLASSIS III.

De Scriptoribus historiae politicae mecleb.

- Seet.* I. Scriptores qui ad origines et antiquitates Mecleburgi faciunt.
II. Scriptores de historia mecleburgica generales.
III. Scriptores qui stemmata et genealogiam Ser. Domus Mecleeb. illustrarunt.
IV. Scriptores speciales, qui Imperantium megapol. vitas et gesta descripserunt. I. Regum. II. Dom. & Principum
III. Ducum. a) generatim. b) speciatim.
V. Scriptores qui historiam Nobilium et Illustrium familiarum mecleburgensium dederunt.
VI. Scriptores qui ad Geographiam faciunt.
VII. Scriptores qui urbium et civitatum Ducatus mecleb. fata consignarunt. a) generatim. b) speciatim.
VIII. Scriptores qui argumenta singularia historiam mecleb. illustrantia elaborarunt.

CLASSIS IV.

De Scriptoribus iudiciorum et iurium mecleb.

- Seet.* I. Scriptores qui de iudiciis mecleb. egerunt.
II. Scriptores ad leges et iura mecleb. facientes.
III. Scripta ius civile mecleb. illustrantia.
IV. Scripta ius feudale mecleb. pertractantia.
V. Scripta de iure ecclesiastico mecleb. agentia.
VI. Scripta iuri publico mecleb. inferuentia.
a) generatim. b) speciatim.
1. Ser. Domus Mecleeb. literae inuestiturae. 2. Testamenta.
3. Pacta gentilitia. 4. Scripta de controuersa successione gustrov.
5. Differentiae inter Ser. Duces post transactionem hamb. subor-
tae. 6. Scripta de controuersa tutela Principis. 7. Prae-
tensiones. 8. Eventualis successio. 9. Foedera. 10. Sessio
in comitiis. 11. Exilium, Ser. Duc. ADOL. FRIDERICI. et IO.
ALBERTI. 12. Ord. provinciales, horumque vnio communio
& inseparab. 13. Reuersales. 14. Imperatorum confirmatio-
nes et declarationes. 15. Scripta critica de iure braxandi. 16. de
modo contribuendi. 17. Differentiae inter Ser. Duces et Ord.
provinciales. Scri-

Scripta mecleburgica, quae in collectionibus actorum publicorum S. R. I. G. a FABRO, MOSERO, LVNIGEO, THVCELIO, LONDORPIO, GOLDASTO, aliisque exhibentur, competenti illis loco recensui. Nonnunquam notulas atque animadversiones adiunxi. Anonymos etiam et pseudonymos, quoad fieri potuit, detexi.

Ad magnitudinem operis quod adtinet, constabit, quantum conficio, alphabeto, vti vocant, circiter vno et dimidio. Exemplarium imprimendorum numerus, numerum subscribentium non excedet.

Promitto insimul me curaturum, vt anni proxime futuri **CIO IO CCXXXIII** primo Februarii die, Deo volente, opusculum hoc excusum subscribentibus sistatur, et persolutis vecturae sumtibus suum cuique exemplar transmittatur.

Subscriptionis factae tesseras accipient praenumeraturi ab hac die vsque ad 1 Nov. huius anni, solutis sedecim assibus, vel mihi met ipsi, vel Bibliopolae Dn. KOPPIO *Rost.* Dn. D. POETKERO *Wism.* Dn. Prof. SCHWARZIO, *Gryphisw.* Dn. Sec. DVVIO *Suer.* Dn. D. CIESIO *Gustr.* Dn. Prof. KOHLIO. *Hamb.* Dn. M. DANKERO, *Neo-Brand.* ac Bibl. Dn. RVDIGERO *Lub.* tradendis.

Si vero praeter spem sumtus maiores requirerentur, quam calculo subducto fore existimaui, Dnos Subscribentes rogatos volo, vt cum traditum fuerit opusculum, quatuor adhuc numerent asses, quibus simul fidem do, me de summa supra dicta, quantum aequum erit fore remissurum, si tantos haud requiri sumtus intellexero. Non etenim lucri faciendi causa, sed patriae inseruiendi studio, labori huic me submittere decreui.

Quod si illis quoque, qui historiae patriae studio tenentur, scripta mecleburgica anecdota, quae in scriniis eorum delitescent, quaeque nosse mihi forte nondam contigit, vel significare, vel catalogos suos ad breue temporis spatium mecum communicare, beneuole placuerit; hi rem facturi sunt, et mihi longe gratissimam et patriae certo profuturam. Interim vale lector beneuole et conatibus meis faue. Dabam e museo, Rostochii

D. xx. Iulii **CIO IO CCXXXIII**.

85 (0) 86

CLASSIS III.

riptoribus historiae politicae mecleb.
tores qui ad origines et antiquitates Mecleburgi faciunt.
tores de historia mecleburgica generales.
tores qui stemmata et genealogiam Ser. Domus Mecleburgi
ulstrarunt.
tores speciales, qui Imperantium megapol. vitas et ge-
descripserunt. I. Regum. II. Dom. & Principum
Ducum. a) generatim. β) speciatim.
tores qui historiam Nobilium et Illustrium familiarum
meleburgensium dederunt.
tores qui ad Geographiam faciunt.
tores qui urbium et ciuitatum Ducatus mecleb. fata
signarunt. a) generatim. β) speciatim.
tores qui argumenta singularia historiam mecleb. illu-
strantia elaborarunt.

CLASSIS IV.

ptoribus iudiciorum et iurium mecleb.
res qui de iudiciis mecleb. egerunt.
res ad leges et iura mecleb. facientes.
ius civile mecleb. illustrantia.
ius feudale mecleb. pertractantia.
de iure ecclesiastico mecleb. agentia.
iuri publico mecleb. inferuentia.
generatim. β) speciatim.
Domus Mecleburg. literae inuestiturae. 2. Testamenta.
entilitia. 4. Scripta de controuerſa ſucceſſione guſtrov.
ntiae inter Ser. Duces poſt tranſactionem hamb. ſubor-
Scripta de controuerſa tutela Principis. 7. Prae-
8. Eventualis ſucceſſio. 9. Foedera. 10. Seſſio
11. Exilium, Ser. Duc. ADOL. FRIDERICI, et IO.
12. Ord. prouinciales, horumque vnio communio
b. 13. Reuerſales. 14. Imperatorum confirmatio-
rationes. 15. Scripta eſtica de iure braxandi. 16. de
tribuendi. 17. Differentiae inter Ser. Duces et Ord.
Scri-

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE283 Serial No. 100